



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Poemata Ferdinandi Episcopi Monasteriensis Et  
Paderbornensis, S. R. I. Principis, Comitis Pyrmontani,  
Liberi Baronis De Furstenberg**

**Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>**

**Parisiis, 1684**

**Imp. Caes. Leopoldo Augusto.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7748**

34 FERDINANDI EPISCOPI MONASTER.

Tincta nec adversæ valido potuere veneno

Invidiæ nostrum lädere tela caput.

Sed tua quando meæ nequeunt æquare canendo

Aonides parvis maxima dona modis;

Mente, precor, grata contentus, perge tueri

Præsidio fretum me, Pater alme, tuo.

Sic tibi dent Superi, quod aves, quod jure mereris,

Et pro te Superos publica vota rogant.

Sic Themidi ambiguam faciat Clementia palmam,

Ornet an hæc, mores an magis illa tuos.

I M P. CÆS.

LEOPOLDO AUGUSTO.

*Victoriam Hungaricam sine sanguine partam gratulatur.*

*An. M. DC. LXX.*

**E**DITE Cæsaribus proavis, fortissime Cæsar,  
Orbis & Austriacæ spes, LEOPOLDE, domus:  
Marte tuos superes, precor, ut virtutibus hostes,  
Et jugis circum tempora laurus eat.

Primus in arma ruens Gothus, te vindice, poenas  
Quas meruit, Cimbris Sauromatisque dedit.

Mox Thracem infraictum non una clade tyran-  
num

Sanguineis vidit decolor Ister aquis.  
Jam tibi Pannoniam fatalibus asserit armis

Sporchiades, Paderæ gloria magna suæ;  
Latæque Cæsareas circum Victoria turmas  
Serta gerens nulla cæde cruenta, volat.